Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 657

Quelle:
Copyright:



*ratorius* T. II. *Anecd. Ambroſ. Mediol.* 1698. 4. ubi *Britannum* non fuiſſe, in confinio Sec. IV. et V. vixiſſe adſerit, de Epiſcopali tamen ejus dignitate dubitat. Atque haec occaſione alterius Opuſculi ejus, ſive *Apologiae*, quam ibi in lucem primus extulit. Mirum tamen, doctiſſimum Virum ad illa *Gennadii* de *Bachiario* verba: *nudus et expeditus vacare Deo diſponens*, nodum in ſcirpo quaeſiviſſe, voluiſſeque τῳ *nudus* ſubſtituere *vitidus*, quaſivero nunquam legiſſet apud *Hieronymum* Ep. 125. ad Ruſticum: *Nudum Chriſtum nudus ſequere. Fabricii Bibliothecam med. Lat.* de Opuſculo noſtro noli adire; remittet enim a *Bachiario* ad *Bracharium*, at ibi ne γϱυ quidem. Neque id advertit *Manſium*.

II. *fol.* 13. *Incipit liber S. Johannis griſoſtomi. de eadem re.* Nempe *de Reparatione Lapſi ad Theodorum* Paraeneſis prior, cujus initium: *Quis dabit capiti meo aquam* &c. T. I. Edit. *Maur. Pariſ.* 1718. p. 1. f. Λογος παϱαινετικος εἰς Θεοδωϱον ἐκπεσοντα incipiens: Τις δωσει τῃ κεφαλῃ μϖ ὑδωϱ &c. ubi Verſio nova *Bern. Montefalconii* adjecta eſt. Noſtra praeſens non eſt *Wolfg. Fabritii Capitonis*, quam ille repudiavit, ſed antiquiſſima illa, de qua egi *Vol.* priore ad *Codd.* XC. et CCXII. quo te, ſi lubet, refer. Finit haec: *alia ultra medicamenta non queras.* Ultimo *fol.* neſcio quid velit linearis pictura *Michaelis* Archang. confodientis Satanam.

## CCCXIV.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 260. f. maj. per duas columnas ſat eleganter ſcriptus, et quidem, ut Theca anterior loquitur: 1382. *Compilatus per Dominum Johannem Prunner pro nunc plebanum in Staynechirchen*, minioque diſtinctus continet Farraginem Scriptorum S. *Auguſtini* genuinorum et ſpuriorum, quam ad Editionem *Maurianam* exigam. Fol. I. *Incipit Liber Primus confeſſionum.* Omnes XIII. ut T. I. *col.* 69. Fol. 55. *Incipit Liber de eſſencia dei.* T. VIII. *append. col.* 67. ſeu *Divinitatis* ſpurius. Fol. 58. *de exercitatione divini amoris*, eſt Lacinia e variis *Auguſtini* ſententiis et adfectibus contexta. Fol. eod. *Liber de ſalute anime.* T. VI. *append. col.* 135. inſcriptus *Manuale* ſpurius. Fol. 61. *de ordinacione epiſcopi*, brevis Admonitio incipiens: *Multas enim aduerſitates neceſſe eſt ſuſtinere* &c. quam in S. Patre non reperi. Fol. 62. *De vera et falſa penitentia.* T. VI. *append. col.* 231. ſpurius. Adjunctus eſt tamen Sermo genuinus *Auguſtini: Poenitentes, poenitentes, ſi eſtis vere poenitentes* &c. T. V. *col.* 1506. Fol. 71. *de elemoſina.* In illud *Prov.* 22. v. 2. *Dives et pauper occurrerunt ſibi*, e pluribus *Auguſtini* locis congeſtum. Fol. eod. *Enchiridion.* T. VI. *col.* 195. Fol. 88. *Soliloquium* Libris II. T. I. *col.* 355. Fol. 98. *de Sermone domini in monte* Libris II. T. III. P. 2. *col.* 165. Fol. 126. iterum *de vera et falſa peni-*